

## Compendium Vitae P. Joannis Poszakowski

---

Publikuojamo perrašo pagrindas – Archivum Romanum Societatis Iesu (toliau: ARSI) saugomas tekstas<sup>1</sup>. Taip pat naudotasi daug vėlesne, greičiausiai XIX a., to paties ARSI teksto kopija, pridėta prie Jono Pašakauskio veikalo *De viris illustribus Provinciae Lithuaniae* (toliau: *De viris*), kurio originalas dabar saugomas Krokuvos Jėzaus Draugijos archyve<sup>2</sup>. Būtent šios kopijos skirtumai nuo ARSI (taip pat ir perrašymo klaidos) publikuojant pateikiami išnašose (niekaip kitaip nežymint jų šaltinio).

Skyryba redaguota labai mažai. Labai retais atvejais atsižvelgiama į Pašakauskio *De viris* kopiją. Antai ten tekstas dėl aiškumo ir lengvesnio suvokimo skaidomas pastraipomis, tuo pasinaudota ir šioje publikacijoje. Kitas neesminis dalykas – didžiųjų raidžių rašyba, – kuri, kaip būdinga XVIII a. tekstams, šio šaltinio tekste labai mėgstama. Ji iš dalies norminta ir standartizuota. Pastebėtina, kad rašyba iš didžiosios raidės labai redukuota jau prie Pašakauskio *De viris* pridėtoje kopijoje. Vis dėlto publikacijoje šie rašybos

---

<sup>1</sup> ARSI Lit. 65: Necrologi, p. 381–387. Čia Pašakauskio gyvenimo aprašymas įsiterpęs tarp kitų tuo metu Nesvyžiuje mirusiųjų jėzuitų gyvenimų. „Compendium vitarum defunctorum in Collegio Nesvisiensi“ grupę sudaro 7 tėvai ir broliai jėzuitai: Georgius Łukowicz scholasticus, 1757 (p. 377); P. Jacobus Kruhelski, 1756 (p. 378); coadiutor Antonius Kuszel, 1757 (p. 379); coadiutor Michael Szymanowski 1757 (p. 380); P. Christophorus Rzepnicki, 1757 (p. 380–381), P. Joannes Poszakowski, 1757 (381–387); P. Josephus Brzozowski, 1757 (p. 387–391). Plg. *Polonica w Archiwum Rzymskim Towarzystwa Jezusowego*, t. 2: *Lituania*, red. Andrzej Paweł Bieś, Ludwik Grzebień, Marek Inglot, Kraków: Wyższa Szkoła Filozoficzno-Pedagogiczna Ignatium, Wydawnictwo WAM, 2003, p. 309.

Dėkojame Andrea Mariani, maloniai pasidalijusiam šio šaltinio kopija.

<sup>2</sup> Joannes Poszakowski, *De viris illustribus Provinciae Lithuaniae*, Archiwum Towarzystwa Jezusowego w Krakowie (toliau: ATJKr), rankr. 1536, (8 nenumeruoti puslapiai, įrišti rinkinio pabaigoje; rašyta XIX a. braižu; antraštės vietoje: „P. Joannes Poszakowski, S.J.“). Naudotasi Vilniaus universiteto bibliotekos Rankraščių skyriuje saugomu originalo mikrofilmu (VUB RS, f. 83–47) ir Liudo Jovaišos daryta fotokopija.

ypatumai kai kurias atvejais perteikiami: pvz., didžiosios raidės paliekamos tokiuose galimai autoriaus pabrėžiamuose žodžiuose, kaip *Tyrocinium* ir pan., susijusiuose su nurodytomis įstaigomis, studijų dalykais etc.

Lotyniškojo originalo tekstiniai komentarai pateikiami daugiausia lotynų kalba, kiti komentarai, daugiausia istoriniai dalykiniai, – lietuviškai. Komentaruose biografiniai duomenys imti iš įvairių šaltinių, bet dažniausiai (to atskirai nenurodant) iš internete prieinamos žinių apie Lenkijos ir Lietuvos jėzuitus enciklopedijos *Encyklopedia wiedzy o jezuitach na ziemiach Polski i Litwy, 1564-1995*, opracował Ludwik Grzebień SJ przy współpracy zespołu jezuitów, Kraków: Wydawnictwo WAM, 1996. Internetu: <https://www.jezuici.krakow.pl/bibl/enc.htm>.

/381/

P. Joannes Poszakowski origine Litvanus<sup>3</sup> A[nn]o 1684 Kalendis<sup>4</sup> Martii in Lucem editus Parentibus cum generis nobilitate, tum Virtutum laude commendatis, in oppido secus praeterfluentem sito, Szaka dictum, in districtu Upitensi<sup>5</sup>, sacro fonte ablutus erat in Parecia[!]<sup>6</sup> urbis Szadoviae ad Diaecesim Samogitiae jura sua referente. Duodennis ad ineunda Fidei certamina Sacro Chrismate perunctus ab Ill[ustrissimo] Nicolao Popławski Episcopo Livoniensi nomen Antonii suscepit. A teneris /382/ haud illiberali optimorum Parentum cura ad omnem pietatem formatus, tantum vixdum maturescente iudicio boni honestique concepit ardorem, ut divinare jam tum liceret eum Superum beneficio evasurum olim Genitoribus solatio, ac Ecclesiae emolumento, si (quod unum ad rem ejusmodi facere videbat[ur]) eorum commiteret[ur] fidei, a quibus litterarum praeceptiones, juxta ac vitae sanctioris exempla hauriret. Nec mora: secundo Patre omnibus large praesidiis instructus<sup>7</sup> Caenam Litvaniae<sup>8</sup> urbem mittit[ur] ad excolendos artium liberalium disciplinis animos. Nec contemnendam ratus hanc Parentum liberalitatem maximo adlaboravit opere, ut ejusmodi impensis fructus quoque studiorum haud impar responderet, nec multo opus erat, quo brevi ad humaniores Musas eniteret[ur]. Iamque Rhetoricae facultati navans operam de ineundo vitae statu sedulo cogitare, Deum adhibitis eam in rem Sanctorum suffragiis continuo efflagitare. Sed brevi sentiens superna se voluntate trahi in Societatem IESU, illico rem omnem communicat cum R. P. Michaeli Bukowski Superiore Residentiae Caunensis, qui tum forte illi a Confessionibus erat. Nec infeliciter res cecidit. Delata quippe ardente P. Joannis petitione ad R. P. Jacobum Hladowicki penes quem summa Provinciae Litvanae<sup>9</sup> fuerat, adnitente vel maxime pro pio juvenis desiderio R. P. Casimiro Bielski Praeposito Domus Professae Vilnen[sis]<sup>10</sup> nostro Ordini non invitis Parentibus adscriptus est.

Anno itaque 1700 12 Kalendas<sup>11</sup> Aug[usti] Vilnae Tyrocinium nostrae Societatis iniit. Rectorem ac Tyronum Praefectum sortitus R. P. Joannem

<sup>3</sup> Lithuanus

<sup>4</sup> Kalendis

<sup>5</sup> err. Cepitensi

<sup>6</sup> paraecia

<sup>7</sup> instructus praesidiis

<sup>8</sup> Lithuaniae

<sup>9</sup> Lithvanae

<sup>10</sup> Vilnensi

<sup>11</sup> XII Calend[as]

Lukaszewicz<sup>12</sup>, Socios in annum 1-mum ab ejus ingressu P. Thomam Łacki<sup>13</sup>, in alterum P. Adalbertum Dziewiszewski, quorum consilio ad omnes suas actiones utens, tantum incrementi caepit in religiosa disciplina, ut nemo in custodiendis legibus illo exactior, in exequendis Superiorum praeceptis promptior videret[ur]. Exacto vixdum 1-mo<sup>14</sup> sui Tyrocinii anno (sancto, quo erat in DEUM apprime animatus<sup>15</sup>) praeproperae voluntatis studio impulsus, facta sibi copia a R. P. Tobia Arent<sup>16</sup> rerum in Provincia Litvana potiente, ternum votum privatim nuncupavit, quam nuncupationem elapso Tyrocinii biennio, Anno scilicet 1702 Decimo Kalendas Aug[usti]<sup>17</sup> usitato nostri ordinis more denuo praestitit.

His ita feliciter jactis vitae religiosae fundamentis /383/ Nesvisii operam dare jubet[ur]<sup>18</sup> P. Michaele Suffczyński Rhetoricae ac Oratoriae artis Magistro. Qui cum in sequentem annum Vilnam e[st] evocatus, ibiq[ue] ejusdem in Philosophico studio usus institutionibus. Decurso Philosophiae triennio ad erudiendos in Gymnasio Vilnensi juvenum animos translatus est P. Joannes, probabat[ur]<sup>19</sup> omnibus accurata sui muneris exactio, maximaq[ue] sui Ordinis commendatione per classes inferiores gradiendo, non minore quoque laude altiore humanitatis scholam probatis institutionibus rexit, eratque id omne temporis, quo Praeceptorem egit diligentissimum ad An[num] 1710. Defunctus hoc uno, e praecipuis nostri Ordinis, munere, omne studium ad rerum Divinar[um]<sup>20</sup> scientiam, Theologiam appulit, Lukiscis 1-mum<sup>21</sup>; inde Dworzyscios paulo post excedere jussus, eo, quod contagiosa lues omnem longe lateque Vilnam invaserat. Hinc sedata strage pestifera A[nn]o 1711 exeunte Januario iterum redux in urbem incaeptum discendi studium naviter persecutus est.

<sup>12</sup> Lukaszewicz

<sup>13</sup> Lacki

<sup>14</sup> primo

<sup>15</sup> in Deum animatus

<sup>16</sup> Arendt

<sup>17</sup> Kalendas Augusti

<sup>18</sup> jubet

Atrodo, tokia vieta patvirtina, kad nuorašas darytas iš teksto, visiškai sutampančio su ARSI variantu, nes viena iš jo rašto ypatybių yra visur pilnai nerašoma ir labai neaiškiai žymima (žemyn nutęsiant „t“ raidės apatinę dalį) pasyvo galūnė „-tur“, kurios šioje vietoje perrašinėtojas nepastebėjo ir neišskleidė, palikdamas aktyvo formą „jubet“, čia netinkančią pagal prasmę.

<sup>19</sup> P. Joannes. Probabatur

<sup>20</sup> divinarum rerum

<sup>21</sup> primum

Anno aetatis suae 29, 12 Kalendas Iunii<sup>22</sup> ab Ill[ustrissimo] Constantino Brzostowski Episcopo Vilnensi, sacerdotio est initiatus<sup>23</sup> una cum P[atribus] Antonio Misztolt, Ludovico Sokulski, Boguslao Gizbert, Antonio Czerniecki, aliisque geminis Philippo Giedrowicz et Joanne Dąbrowski e Domo 1mae et 2dae Probationis, dieque Christo in Caelos ascendenti sacra 1mam<sup>24</sup> DEO hostiam litavit. Jamque vergente studii Theologici quadriennio, publico in consessu totius Universitatis academicae, juxta ac Doctissimorum Religiosorum<sup>25</sup> contra impugnatores P[atres] Ordinis Minorum tueri sententias sacras jubebat[ur].<sup>26</sup> Hac aliquando tempestate, Diis bene volentibus, emersus, vela quieti concessit. Nec diu tamen: mox insequentibus anni 1714 et 1715 uberimum illius industriae campum in gymnasiis nostris aperuerunt. Illo enim Anno Magistrum egit Rhetorices ac Poeseos Caunae, hoc solius Rhetorices<sup>27</sup> Crozis<sup>28</sup>. Unde postea excedere iussus Nesvisium ad restaurandam<sup>29</sup> (ut mos fert Societatis) animi pietatem usitatis S[anti] P[atris] N[ostri] Exercitationibus in Domo 3tae Probationis. Indeque circa anni dimidium Caunam movit mandato sibi sacri Praeconis munere<sup>30</sup> eodem loci gerendum. Succedente tandem An[no] 1717 publica Professione 4 Vota emisit 18 Kalendas 7bris<sup>31</sup> <sup>32</sup>rem Divinam faciente R. P. Antonio Szyrma Provinciae Praeside. Cujus Professionis nullo extante exemplari in Archivo Provinciae, requisitus A[nn]o 1756 P. Joannes illud transmittendum cura-/384/vit, hac totidem verbis facta inscriptione: [„]Hanc chartam testem Professionis meae, factae ante 39 annos, mitto ad Archivum Provinciae ad requisitionem ejus Praesidis, scriptam

<sup>22</sup> 12 Cal[endas] Junii

<sup>23</sup> Porro omissio tribus punctis in textu notata horum verborum: „una cum P[atribus] Antonio Misztolt, Ludovico Sokulski, Boguslao Gizbert, Antonio Czerniecki, aliisque geminis Philippo Giedrowicz et Joanne Dąbrowski e Domo 1mae et 2dae Probationis“

<sup>24</sup> primam

<sup>25</sup> doctissimorum theologorum

<sup>26</sup> Porro omissio, tribus punctis in textu notata, horum verborum: „Hac aliquando tempestate, Diis bene volentibus, emersus, vela quieti concessit. Nec diu tamen.“

<sup>27</sup> rhetoricae

<sup>28</sup> Crozis

<sup>29</sup> Porro omissio tribus punctis notata horum verborum: „ut mos fert Societatis“

<sup>30</sup> Porro omissio duobus punctis notata horum verborum: „eodem loci gerendum“

<sup>31</sup> Sept[embris]

<sup>32</sup> Porro omissio, tribus punctis in textu notata, horum verborum: „rem Divinam faciente R. P. Antonio Szyrma Provinciae Praeside“

Nesvisii, in Monte Archangelico die 29<sup>33</sup> Augusti, scilicet Festo Decollationis S. Indigetis mei et Patroni D. Joannis Baptistae. Quam millies milliesque renovo et ratifico, infinitas D. O. M. persolvens pro ea gratias. Joannes Antonius Poszowski, minimus et indignissimus S. Matris Societatis Filius m[anu] p[ropria“].

Deinceps triennium docendae Philosophiae Nostros<sup>34</sup> in Academia Vilnensi impendit<sup>35</sup>, discipulos nactus: Josephum Stosicki, Leonem Szczuka, Paulum Stryieński, Antonium Tyzenhauz, Martinum Zaluski, Franciscum Srebnicki, Alexandrum Rudnicki. Exantlato cursu Philosophico jam Ministerum egit, unaque Praefectum Scholar[um] Superior[um] Nesvisii Anno 1721; jam ab Anno 1722 Institutorem septennis Cels[issimi] principis Hieronymi Radziwiłł Filii Cancellarii M. D. L.<sup>36</sup> hodie Vexilliferi M. D. L. Anno demum 1735 11 Calendas Maii summa Collegii Slucensis delata est ad P. Joannem, nec multo post, exacto regiminis triennio eodem loci, Collegium quoque Nesvisiense regendum suscepit, effusa in omnes Charitate, ac diligentissima legum religiosarum custodia. Defunctus hac regendi provincia Anno 1742 secessit in Montem S. Michaelis ibique Praefectum Spiritus agens, plurimum Spiritualis lucri in animabus comparavit, in expiandis quippe paenitentium noxis, in praeparandis ad mortem sancte oppetendam aegrotis, in faciendis piis ad Populum exhortationibus<sup>37</sup>, maximo adlaboravit opere.

Praeterea otium omne, si quod habuit scriptioni <sup>38</sup>librorum infra recensendorum studiosissime impendit. Anno 1756 a Lutheri secta Ecclesiae Catholicae vindicavit D. Carolum Petersohn<sup>39</sup> Pomeranum v[ice]colonellum<sup>40</sup> equitum M. D. L. Eodem pariter anno cum ob gradus Templi S. Michaelis per aetatem illi ascensu difficiles, tum ut pacatae vitae obitum praemeditaret[ur], <sup>41</sup>collectis eum in finem 22 regulis ex solitudine P[atris] Hectorei in Collegio manere

<sup>33</sup> 29<sup>a</sup> Aug[usti]

<sup>34</sup> NN.

<sup>35</sup> Porro omissio, tribus punctis in textu notata, horum verborum: „discipulos nactus: Josephum Stosicki, Leonem Szczuka, Paulum Stryieński, Antonium Tyzenhauz, Martinum Zaluski, Franciscum Srebnicki, Alexandrum Rudnicki.“

<sup>36</sup> Super abbreviationem M. D. L. expliciter scriptum: „(Magni Ducatus Lithuan[iae])“.

<sup>37</sup> adhortationibus

<sup>38</sup> Porro omissio sine nota facta horum verborum: „librorum infra recensendorum“.

<sup>39</sup> Petersohn

<sup>40</sup> V. Colonellum

<sup>41</sup> Porro omissio, tribus punctis in textu notata, horum verborum: „collectis eum in finem 22 regulis ex solitudine P. Hectorei“.

optavit, factaque sibi copia locum mutavit. Non multo abhinc subita vis morbi omnem ei valetudinem eripuit, vitamque fatiscentem sexto demum aegritudinis mense 3tio Nonas Junii An[ni] 1757 septuagenario major DEO reddidit.

/385/ Desideravimus profecto Virum Virtutum ac doctrinae Laude clarissimum ornatissimumque. Quantum Paupertatis studio afficeret[ur], cuivis Conclave eius invisenti manifeste occurrebat. Praeter effigies quasdam S[anctorum], cistulam conservandis scriptis accomodatam, nihil conspiciebat[ur]. Vidisses eum nihil in usum unquam admittere, nisi ipsa quasi necessitate compellente. Majore longe voluntate ferebat[ur] in Angelicam mentis et corporis castimoniam; dum vixit, integerrime vixit, id quod quidam e P[atribus] nostris apud quem P. Joannes pro Sacro Tribunali totius Vitae anteaetate noxas deposuit, interposita fide sua luculentissime asseruit. Superiorum mandata non aliter, ac certissimam Divinae voluntatis regulam sequebat[ur]; quamcunque ei provinciam imponerent, suscepit, quamque susceperat, non infausto exitu superavit. Non minorem his omnibus conjunxit animi demissionem, ut mirum plane dictu sit, a Viro, tantae ob insignem eruditionem gravitatis, tum tantae, ac tam provecatae aetatis neminem ad obsequia et officia privata admissum; ipse stratum componere, ipse, suismet manibus conclave everrere<sup>42</sup>, sordes pavimentorum eliminare. Eo etiam tempore, quo remittente paulo vi morbi, vix pedibus insisteret, obambulantem, aegerrime licet, intra sui conclavis parietes nemo vidit aliter, quam vehiculo<sup>43</sup> setoso nixum, quid quid conspurcatum offenderet, deterisit diligenter.

Tantum erat animatus in omnes, ut in sui amorem singulos raperet, quidquid aut dictum, aut gestum bene a quopiam videret, mirabili sermonis suavitate depraedicabat, novis stimulis ad celsiora audenda, praesertim juniorum animos, provocando. Neminem suam deposcentem operam dimisit frustratum,

---

<sup>42</sup> Porro omissio, tribus punctis in textu notata, horum verborum: „sordes pavimentorum eliminare“

<sup>43</sup> Sic in ambobus manuscriptis. Probabiliter err. pro „verriculo“ sive „everriculo“.

Jei abiem atvejais suklysta perrašant (vietoj *verriculo* perrašyta *vehiculo*), ši vieta rodo, jog buvo dar ankstesnis, pirminis nuorašas arba protografas, iš kurio parengta kopija, dabar esanti ARSI, ir šios publikacijos pagrindas. *De viris* esanti teksto kopija daryta (tai dar patvirtina ir prierišas pabaigoje) iš ARSI saugomo teksto. O tekstas, kuris sąlyginai vadinamas protografu, turbūt buvo nekrologo tekstas, kuris likdavo ten, kur buvo parašytas, t. y. namuose, kuriuose (ar kuriems priklausydamos) jėzuitas mirdavo, šiuo atveju – Nesvyžiaus jėzuitų kolegijoje.

humanitate singulis ac mirifica dilectionis suavitate aditum aperuit. Nec id quoque deerat, quod Viri optimi fortitudinem ac patientiam palam faceret, extremo potissimum morbi tempore, quo inter continuas molestias ac dolores, pias, quae illi memoria recurrerent, miscebat preces cum lachrymis<sup>44</sup>, alioquin videre erat aequum eum semper animum praeseferre, vultu quandam hilaritatem portendere, perinde, ac si nihil aequae in deliciis haberet, quam cum adversis conflictari. Ac quantumvis postrema morbi tempestate omnem suam scientiam, eam in ignorantiam redactam videret, ut vix inter unius literae<sup>45</sup> apicem discerneret, calamitosam hanc rerum vicem non tantum non est miseratus, ut etiam saepe, in memoriam tantae jacturae regressus, blande subridens dictitaret: DEUS nobis haec /386/ otia fecit, sit nomen Domini benedictum.<sup>46</sup> Postremo accedente ad morbi praesentis dolores violenta nervorum convulsione, cum singuli lecto circumfusi tam atroci spectaculo commoverent[ur], ipse mirabili fortitudine nec sonum, nec gemitum edidit ullum, ad ultimum usque vitae halitum. Quo tandem in Caelites erat animatus studio?<sup>47</sup> Augustissimam imprimis DEI Parentem eximio prosequerat[ur] cultu; unde vidisses eum aestivo tempore diligentissimum in emendicandis et colligendis flosculis, quos arae illius inserebat maximum in ornamentum. Sanctorum e numero plurimos sibi Patronos elegerat, eosque in dies statutis precessionibus venerari consuevit, unam tamen praeter caeteris S. Caeciliam impensius coluit. Demum ut totus ore ac vita Divinam gloriam spirabat, ita eam eruditissimis juxta ac sanctissimis scripturam monumentis, a media, ac extrema quam vixit, aetate, in omnes transfundere est conatus. Qua in re quantus illius labor fuerit, vide iis[!]<sup>48</sup> quisque e subjicienda nunc serie Librorum, qui ejus nomine sunt inscripti, ac publici juris facti:  
<sup>49</sup>An. 1739 Doctrina Dissidentium collata cum doctrina Veteris Ecclesiae.

<sup>44</sup> lacrymis

<sup>45</sup> literae unius

<sup>46</sup> benedictum!

<sup>47</sup> studio!

<sup>48</sup> videsis[!]. Sic transcriptus locus erroneus copiae originalis Romanae (ARSI). Pro *viderit?*

<sup>49</sup> Porro omissio magna, verborum 263 circa – usque ad verba „Fastos minores nostrae Societatis“; omissio haec initio tribus et in fine quattuor punctis consignata, inter quos nota inserta: „Cf. indicem hunc apud PP. de Backer aut Sommervogel.“

Ši perrašinėtojo pastaba nurodo į kapitalinį Jėzaus Draugijos bibliografijos veikalą. Jau 1858 m. leidime randame 25-ias „lietuvių jėzuito“ Pašakauskio publikacijų pozicijas: *Bib-*



An. 1736 Vox boni Pastoris impugnans sectas omnes. An. 1737. Divisio Lucis a tenebris de SS. Eucharistia. Eodem: Firmamentum veritatis de invocatione S[anctorum] et Purgatorio. A[nn]o 1738: Liliū inter spinas. Doctrina de justificatione. A[nn]o 1740: Calendarium majus, seu Ephemerides S[oc]c[ie] t[al]tis, eodem de Ecclesia, et ejus Capite. An. 1752 Conciones cum Cathenchismo V.<sup>50</sup> Bellarmini. A[nn]o 1754 Antidotum contra antidotum. A[nn]o 1742 Confessio Fidei Protestantium contraria Evangelio. A[nn]o 1742. Historia Calvinismi. A[nn]o 1748 Historia de praetensa reformatione Ecclesiae Anglicanae. A[nn]o 1749 Historia confaederati Belgii ex P. Famiano Strada. A[nn]o 1745 Zohar seu Lumen ad illuminationem Iudeorum. A[nn]o 1755 Absurda Jansenistica e Gallico in Latinum conversa. Iter ad Caelum ab Ascetis commonstratum. Vita S. Isidori cum fraternitate pro Ruricolis. Refutatio pestilentissimi libelli circa A[nn]o 1748. Grammatica Alvari elucidata circa A[nn]o 1753. Cathalogus Scriptorum in Provincia Litvana A. 1754. Historia a Condito Orbe ad mortem Josephi Patriarchae e Gallico Latine reddita P. Busieres. Epitome Historiae Russicae. Vita Nicolai Radziwiłł, vulgo Sierotka. Descriptio Episcoporum Vilmensis, Samogitiensis, Livoniensis, et Smolenscensis. Incitatio ad amorem D. IESU et S[anctis]simae DEI Parentis. Conciones 8 Litvanicae. Doctrina Theologica de Subditis in regno nostro. Historia de exordio

---

*liothèque des écrivains de la Compagnie de Jésus ou, Notices bibliographiques*, par Augustin et Alois de Backer, Liège: Imprimerie de L. Grandmont-Donders, 1858, t. 4, p. 591–596. (Internet: <https://books.google.lt/books?id=t29oAAAACAAJ&printsec>).

Gali būti, kad pastaba nurodo būtent į šį minėtų bibliografų parengtą leidimą. Tokiu atveju turime konstatuoti, kad prie *De viris* pridėta kopija iš ARSI buvo padaryta po 1858 m.

Tačiau negalime būti visai tikri, kad tai ne dar vėlesnis 1895 m. išėjęs ir papildytas jėzuitų bibliografijos 6 tomas, kuriame dar išsamiau pateikti duomenys apie Pašakauskio veikalus (28 knygų pozicijos ir kt.):

[Carlos Sommervogel], *Bibliothèque de la compagnie de Jésus. Première partie: bibliographie, par les Pères Augustin et Aloys de Backer [...]*. Nouvelle édition par Carlos Sommevogel, S. J., Bruxelles: Oscar Shepens–Paris: Alphonse Picard, 1895, t. 6, skil. 1100–1109. (Internet: <https://books.google.lt/books?id=CmtLx8UtrskC&source>). P. 1109 Sommervogelis medžiagą papildė labai įdomia informacija, kad tuo metu *De viris* autografas buvo jėzuitų namų archyve Paryžiuje (Rue de Sévres, 35), kad apie jį nežinojo bibliografai Browns ir de Backeris. Toliau Sommervogelis pagal *De viris* nurodo tris Pašakauskio rankraštinų veikalų pozicijas. Gal jis naudojosi tuomet prie *De viris* buvusiu Pašakauskio gyvenimo aprašymu? To Sommervogelis nenurodo ir veikalų apibūdinimas skiriasi nuo *Compendium*. Tačiau tai vertinga medžiaga toliau tiriant tiek *De viris* likimą, tiek Pašakauskio *Compendium* atsiradimą prie *De viris* rankraščio.

<sup>50</sup> V. pro Venerabilis?

Romanorum. Compendium Historiae de bello Sancto. Synopsis Historiae de Luthe-/387/ranismo, Calvinismo, Zoharu, ac aliarum Controversiarum, Genealogia Xiążąt Radziwiłłow aż do Janusza, Karola, y dwuch Siostr. Praeterea varios rerum curiosarum fastos ad eruditionem Juventutis edidit ab anno 1735 in an[um] usque 1749. Summam nempe Caesar[um], seu Imperator[um] Orientalium et Occidentalium. Calendarium Historico politicum in An[um] 1739 Seriem Imperatorum Romanorum. Successionem Regum Italiae. Successionem Regum Christianorum. Seriem 12 Imperatorum. Fastos minores nostrae Societatis. <sup>51</sup>Postremo denique Societatem IESU Litvanam<sup>52</sup>, vitas nostrorum sanctitate celebriorum complectentem a condita Provincia, typis parabat, nihilque ad opus conficiendum praeter ultimam illi manum appendendam desiderabatur<sup>53</sup>; cum ecce tibi invido praeventus morbo ante vivere desiit, quam viverent tot alii, quos voluit, in legentium animis.

Ob haec insignia scriptorum monumenta, quibus D.O.M. gloriam quaqua-  
versum diffundebat, difficile est dictu, quam sibi famam conciliaret, qua auctoritate polleret, non apud quoscumque modo, sed apud Praesules plurimos ac Ecclesiae Antistites <sup>54</sup>Illustrissimos Michaellem Zienkowitz, Antonium Dębowski, Franciscum Kobielski, Josephum Sapieha, Josephum Załuski Regni Referendarium Martinum Plocensem Suffraganeum Lucens[em?]<sup>55</sup> etc.[?]<sup>56</sup> suum olim Discipulum, quibus potissimum opera sua inscripsit. Nec minore prolixae voluntatis studio Institutorem olim suum prosequerat Cels[issimus] Princeps Hieronymus Radziwiłł Vexillifer M. D. L. cujus argumento sunt, cum

<sup>51</sup> Verba „Societatem IESU Lithuanam, Vitas nostrorum sanctitate celebriorum complectentem a condita Provincia“ linea subter notata sunt.

<sup>52</sup> Lithuanam

<sup>53</sup> Tai veikalas *De viris illustribus Provinciae Lithuaniae*, likęs rankraštyje, prie kurio ir pridėtas čia publikuojamo nekrologo vėlesnysis nuorašas.

<sup>54</sup> Porro omissio magna, verborum 77 circa, tribus punctis consignata, – usque ad verba „Itaque eo fati concedente“

<sup>55</sup> Pro *Slucensem?* Sc. *Slucensem discipulum?* Tačiau toks neaiškiaus užrašymo perskaitymas netinka pagal prasmę, nes, kaip minima aukščiau, Zaluskiui Pašakauskis dėstė ne Slucke, o Vilniuje mokė „mūsiškius filosofijos“, kai tuo metu, t.y. 1718–1721 m., Zaluskis mokėsi Vilniaus akademijoje.

Galvojant, koks čia galėtų būti žodis, galima prisiminti, kad Zaluskis buvo titulinis Draso vyskupas (*episcopus Drasensis*, kaip tuo metu rašyta ir: *Dresnensis*, *Dresdensis*; lenk.: *biskup draceński*), bet šis žodis lyg ir netinka pagal rašybą.

<sup>56</sup> Hucusque supra lineam inserta sunt haec verba: „Martinum Plocensem Suffraganeum Lucens[em?] etc.[?]“

Literarum paginae A[nn]o 1751 ad P. Joannem exaratae, in quibus eum ut Patrem suum colit amantissimum; tum illa humanitas, qua Nesvisium Profectus, patrem suum postremo jam morbo laborantem benigne invisit. Itaque eo fati concedente, Virum desideravimus, qui universum ordinem insigni meritor[um] auxit cumulo, quique ornamenta laudum in universam Provinciam derivavit maxima, cui nihil deerat, praeterquam quod vita illi deesset longior.<sup>57</sup>

---

<sup>57</sup> Adscriptio in fine: „Ex Necrol. Seu Summar. Vit. defunctor. Provinc. Lithuan. t. 5, 1746–1769. Archiv. S. J.“

Šitoks įrašas teksto pabaigoje rodo, kad Pašakauskio trumpasis gyvenimo aprašymas (nekrologas) nurašytas ir pridėtas jo veikalo *De viris* pradžioje ne iš karto ar nedaug laiko tepraėjus po Pašakauskio mirties, o daug vėliau, nes darytas iš ARSI saugomo nekrologų teksto – to, kurio transkripciją čia ir publikuojame. Žr. „Lith. 65. Necrologi Provinciae Lituaniae V, 1746–1769“, in: *Polonica w Archiwum Rzymskim Towarzystwa Jezusowego*, t. 2: *Lituania*, p. 309: „Poszakowski Joannes P., 1757, p. 381–387“.

T. Jonas Pašakauskis, lietuvių kilmės, pasaulį išvydo 1684 metais per kovo kalendas<sup>58</sup>, gimęs tėvams, pasižymėjusiems ir giminės kilme, ir pagirtinomis dorybėmis, miestelyje, esančiame prie pratekančio upelio, vadinamo Šaka<sup>59</sup>, šventuoju Krikštu nuplautas buvo Šeduvos miesto parapijoje, kuri priklauso Žemaitijos vyskupijai. Dvylikametis, tikėjimo kovų pradžia Šventuoju krizmos aliejumi pateptas šviesiausiojo Livonijos vyskupo Mikalojaus Poplavskio<sup>60</sup>, gavo Antano vardą. Nuo mažų metų kilniu gerųjų tėvų rūpesčiu išsiugdęs visokeriopą maldingumą, dar vos bręstant mąstymui taip užsidegė siekti to, kas gera ir garbinga, kad jau tuomet galima buvo numatyti, jog, iš Dangaus malonės, kada nors taps paguoda gimdytojams ir bus naudingas Bažnyčiai, jei bus patikėtas (nes buvo matyti, kad tai vienintelis veiksmingas kelias link tokio tikslo) globai tų, iš kurių galėtų semtis mokslinių žinių, o kartu ir šventesnio gyvenimo pavyzdžių<sup>61</sup>. Nėra ko delsti: pritariančio tėvo apščiai viskuo aprūpintas, siunčiamas į Lietuvos miestą Kauną, kad dvasią išlavintų laisvųjų menų studijomis. Manydamas, kad šis tėvų dosnumas yra didžiai gerbtinas, su didžiausiomis pastangomis darbavosi, kad tokias išlaidas kuo geriau atitiktų ir mokymosi vaisiai. Ir jau retorikos skyriuje stropiai darbuodamasis uoliai

<sup>58</sup> T. y. kovo 1 d. Nors tai gali būti ne gimimo, o krikšto data (nes būtent ši atsispindėdavo parapinės metrikos įrašė); galėjo būti pakrikštytas ir pačią gimimo dieną, ir viena kita diena vėliau, kaip įprastai buvo daroma. Tad net jei kovo 1 nėra tiksliai gimimo diena (kurią galėjo žinoti iš tėvų ir pan.), tikroji nuo jos nedaug tegali būti nutolusi.

